

§1. Dogmata: DB 1792
supernaturalis: DB 1785 cf 1795 f.

Verbum scriptum et verbum sine scripto traditum: DB 1787 init; 783

a Verbum scriptum DB 1787 fin.

a' non tantum ab hominibus, accedente approbatione ecclesiae

b' non tantum revelatio sine errore

c' sed inspirante SP So Deum habent auctorem

b Verbum traditum

a' Late: quidquid a Deo revelatum et ecclesiae custodiendum traditur

b' Strictè: quidquid a Deo revelatur ~~sed inspiratione non scribitur~~
et ecclesiae custodiendum traditur, sed inspiratione non exscribitur.

§2. Theologia fundamentalis.

Fundamentum, idem fere quod principium

id quod est primum in aliquo ordine.

Ordo maxime duplex: ex prioribus et notioribus quoad se (quia luna est sphaerica, tales habet phases); ex prioribus et notioribus quoad nos (quia luna habet tales phases, est sphaerica)

Theologia dicitur fundamentalis, non in ordine quoad se; sic enim ipsa prima veritas, seu Deus unus et trinus, est principium atque fundamentum; sed in ordine quoad nos.

Duplex deinde est ordo quoad nos, scilicet prout spectamus ipsos individuos qui fide moti doctrinam revelatam suscipiunt, vel prout spectamus ipsam ecclesiam docentem qui doctrinam revelatam fidelibus proponit.

Relate ad individuos, fundamentum exponitur in tractatibus de vera religione et de ecclesia; pervenitur ad ecclesiam infallibilem.

Relate ad ipsam ecclesiam docentem, fundamentum non est infallibilitas quae tantummodo est assistentia contra errorem neque quidquid positive dicit, sed fundamentum est fontes revelationis, scil. verbum scriptum et verbum sine scripto traditum.

Agitur ergo de theologia fundamentali, non in ordine quoad se sed in ordine quoad nos, non de ordine quoad nos prout individui sumus sed in ordine quoad ecclesiam quae doctrinam suam a revelatione divina haurit.

Alia ex parte est theologia dogmatica, inquantum supponit dogmata ab ecclesia proposita, inquantum ex traditione late dicta argumenta facit.

Noli imaginari theologiam fundamentalem et theologiam dogmaticam esse duas partes theologiae: id quod dogmatice stabilitur, etiam apologetice statui potest; et id quod apologetice statuitur, etiam dogmatice statui potest. Diversitas iacet non in materia sed in ordine quo tractatur, in veritatibus quae assumuntur ut notae.

Tromp, p. 3, §3.

Inquisitio dogmatica ad duo reducitur: intellectus quaerens fidem; fides quaerens intellectum.

Ita Augustinus, Anselmus.

Aquinas magis generaliter, uti in qualibet scientia: Quid sit? An sit?

Initium sumitur a definitione nominali: "inspiratio est specialis quaedam species revelationis divinae, alicuius plus quam revelatio sine errore"

Stabilito hoc facto, deinde de natura inspirationis seu de definitione reali tractatur.

Modus procedendi:

Quoad factum: non quaestio quemadmodum fieri potuerit sed quemadmodum rem voluerit qui eam condidit DB 1954

Quoad naturam: DB 1796 cf 2120

Tromp p 4, §4.

In stabiliendo facto inspirationis, ipsum factum praesupponi non potest. Attamen adhiberi potest SScr tamquam testis propriae inspirationis

a sive sumitur ut historia verax

b sive iudicatur ipse effectus et proceditur ad causam proportionatam

c sive accipitur SScr tamquam continens revelationem: sicut enim oralis traditio non est inspirata et tamen continet revelationem, ita etiam SScr et est inspirata et continet revelationem; quoad se, prior est inspiratio; quoad nos, prior est notitia quod continet revelationem

Secundum criterion in se est tutum: difficile tamen ad conclusiones claras, distinctas, certas producit. SScr enim multa continet sublimia; sed etiam multa alia continet quorum veritas et sublimitas haud nobis apparent.

Si solum adhibetur criterion secundum, mensura veritatis divinae quaeritur in homine; unde selectio huius et illius relectio, dubitationes, incertitudines.

Nos vero probamus inspirationem ex revelatione, et factum revelationis relate ad inspirationem ex doctrina et traditione ecclesiae

De Inspiratione SScr.

Fides iudaica prout a Talmudistis exhibetur.

Pesch, De Insp., p. 14, §10 ff.

Quia libri sacri a Spiritu sancto prodierunt

a Tamquam res sacra est tractanda.

"Inquinant manus" ideoque si manus eas tetigerit, lavanda est antequam ad opus profanum redeat.

Libri sacri cum aliis rebus non permiscendi.

Si incendium die Sabbati occurrerit, caetera auferre non licet sed libros sacros ex igne omnino eripiendos esse docent.

Ipsa verba SScr vim quamdam divinam continent, unde rite pronuntiata valent ad mala ab hominibus avertenda.

b Tamquam unicus fons doctrinae est habendus.

SScr est principium et fons omnis doctrinae.

Omnis doctrina ex SScr emanare et cum SScr conformari debet.

Tota inquisitio et disputatio doctorum hunc unum habet finem, ut verus sensus SScr eruatur et stabilizetur.

Si quis falsam doctrinam e SScr eruere conatur, flagellis est corripiendus.

c Gaudet SScr infinita sensus abundantia.

"Si omnia maria essent atramentum, et omnes calami essent instrumenta scriptoria, et caelum et terra volumina, et omnes homines scribae, non tamen sufficerent ad legem describendam."

Expositio legis ad finem pervenire numquam potest.

Tota lex ita a Deo est scripta ut nulla vox, nulla littera, nullus accensus a Deo non venerit vel speciali significatione careat. Unde postea orta est scientia cabbalistica.

d Diversos tam gradus inspirationis admiserunt.

a' Distinguebant:

Thora: lex mosaica

Nebiim: prophetae priores: Iosue Iudicum Samuel Regum

posteriores: Isaias Ieremias Ezechiel et 12 minores

Kethubim: (hagiographa): Psalmi Proverbia Iob Daniel Esdras Nehemias Paralip

Megilloth: (quinque volumina): Canticum Ruth Threni Ecclesiastes Esther

Bath qol: (filia vocis): minimus gradus, post mortem Aggaei Zachar Malachi

Hizonim: profana

b' Lex mosaica est simpliciter inspirata; caetera revelationem novam non acceperunt sed missi sunt ad inspirationem expositionem legis mosaicae; solus Moyses omnia in claro speculo vidit, caeteri in obscuro; unde tota Scr recte Thora vocatur

c' Unde disputatum est de retentione in canone aliquorum librorum qui difficulter cum lege mosaica conciliabantur, ut Ezechiel Esther Canticum.

Nemo unquam ausus est alium librum aequalem facere cum Thora; sed inter Nebiim et Kethubim alii alium praeferebant.

Libri inspirati qua tales traditi sunt ecclesiae.

DB 1787: libri sacri et canonici a quia SpSo inspirante Deum habent auctorem et b quia qua tales traditi sunt ecclesiae.

Agitur ergo de secundo elemento canonicitatis. Quod secundum elementum duo continet: traditi sunt; et qua tales traditi sunt.

1) Traditi sunt.

De iure: ex tractatu de ecclesia.

Libri inspirati sunt traditi magisterio ecclesiae si ecclesia est unica magistra et custos veritatis revelatae. Atqui... Ergo...

De facto: ecclesia eos habet et in canonem redegit.

2) Qua tales traditi sunt.

a Ex doctrina ecclesiae.

Ecclesia profitetur se non facere sed accipere quae de fide docet; sed de fide docet hos libros esse inspiratos DB 1787, 18

b Ex doctrina PP.

Tromp p 16 ad calcem §3.

Scholia. Tromp. p. 15 ff

1. Utrum fieri possit ut liber sit inspiratus et non ecclesiae traditus.

Liber de se est publicus; si liber non publicus sed vere privatus esse potest, pariter privatus et inspiratus esse potest

2. Utrum sint libri inspirati sed deperditi

3. Quodnam sit criterion inspirationis.

Tromp, p. 17, §5.

Criterion inspirationis apud Protestantes (van Noort, p. 18 §30)

a Alii, inprimis Lutherani, docuerunt inspirationem certo cognosci ex quodam sapore et gustu divino, i.e. ex sanctis affectibus quos parit in anima legentium.

b Alii ex caractere obiectivo librorum arguunt: doctrinae veritas et sublimitas, prophetiae eventu impletae, candor styli, etc.

c Alii, Calvinistae, docent immediatum testimonium SpSd in anima cuiuslibet lectoris fidelis: scilicet, constat de inspiratione libri sacri per specialem inspirationem lectori concessam.

Tertium gratis immo falso asseritur: non existit talis inspiratio privata, talis specialis revelatio, tale testimonium immediatum omnibus fidelibus concessum.

Primum non sufficit: Imitatio DNIC, vita SS., scripta mysticorum Catherinae Sienensis, Francisci Assisiensis, Teresae, Ioannis a SCruce, liber meditationum possunt et de facto frequenter parant sanctos affectus; alia ex parte SScr., liber leviticus etc., sanctos affectas haud parant.

Pariter secundum non sufficit si solum sumitur